



PROLEGOMENA DE NOTATIONE VOCVM ET INSTI- TVTI RATIONE.



Vm , iudicante eloquentiae principe , **TVLLIO**, (a) omnis de aliqua re disceptatio a definitione proficiisci debeat, nobis etiam , de *Prudentia Apodemica*, siue recta peregrinandi ratione, breuiter strictim- que dicturis, id ante omnia agendum est, ut ea- rum, quas diximus, uocum, sensus definitione, tum nominali, tum reali, rite declaretur. De *Prudentia* quidem, quid, generaliter ac proprie accepta, (b) designet, dicere uix attinet. Quip-

A 2 pe

(a) Lib. I. Offic. C. III. p. 17. edit. Rachel. ubi ita: Omnis , quae a ratione suscipitur de aliqua re institutio , debet a definitio- ne proficiisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur.

(b) Datur quippe alia acceptio, qua emendatae uoluntatis humanae, seu uirtutis, consecutuum esse entiale dicitur, quatuor com- ple-